ad eū nō approximabūt. Tu es refugiū meū a tribulatione q̄ circundedit me exultatio mea erue me a circundātibus me. Intellectū tibi dabo ⁊ instruā te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus: q̄bus non est intellectus. In chamo ⁊ freno maxillas eoꝝ constringe: q̄ non approximāt ad te. Multa flagella peccatoris sperantē autem in dn̄o misericordia circūdabit Letamini in dn̄o ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriami ni oēs recti corde. Gloria patri. Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqz in ira tua corripias me. Qm̄ sagitte tue infixe sunt michi: et confirmasti super me manū tuam. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue nō est pax ossibus meis: a facie peccatoꝝ meoꝝ. Quoniā iniquitates mee supergresse sunt caput meū: ⁊ sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipiētie mee. Miser fact⁹ sum ⁊ curuatus sum vsqz in finē: tota die contristatus ingrediebar. Qm̄ lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum ⁊ humiliatus sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. Domine ante te oē desideriū meuz: et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meū conturbatū est, dereliquit me virtus mea: ⁊ lumen oculoꝝ meoꝝ, et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquaue-



runt et steterũt. [E]t qui iuxta me erant de longe steterũt: et vim faciebant qui querebãt aiam meã. [E]t qui inquirebãt mala michi locuti sũt vanitates: et dolos tota die meditabant᷑. [E]go autẽ tanq̃ surdus non audiebã: et sicut mutus non operiẽs os suũ. [E]t factus sũ sicut homo nõ audiẽs et nõ habẽs in ore suo redargutiones [Q]m̃ in te dñe speraui: tu exaudies me dñe deus meus. [Q]uia dixi neqñ supgaudeãt michi inimici mei: et dum cõmouent᷑ pedes mei super me magna locuti sũt. [Q]m̃ ego in flagella paratus sum: et dolor meus in cõspectu meo semp. [Q]m̃ iniquitatẽ meam annũciabo: et cogitabo pro pctõ meo. [I]nimici aũt mei viuũt et confirmati sunt sup me: et multiplicati sunt q̃ oderũt me inique. [Q]ui retribuũt mala pro bonis detrahebãt michi: qm̃ sequebar bonitatẽ. [N]e derelinquas me dñe deus meus: ne discesseris a me. [I]ntẽde in adiutoriũ meũ: dñe deus salutis mee. [G]loria patri. [H]ymnus.

[M]iserere mei deus: scdm magnã miam tuã. [E]t scdm multitudinẽ miserationũ tuaꝝ: dele iniq̃tatẽ meã. [A]mpli⁹ laua me ab iniq̃tate mea: et a pctõ meo mũda me. [Q]m̃ iniquitatẽ meã ego cognosco: et peccatũ meum cõtra me est semp. [T]ibi soli peccaui et malũ corã te feci: vt iustificeris in sermonib⁹ tuis, et vincas cũ iudicaris. [E]cce eni in iniq̃tatibus cõceptus sũ: et in pctis ꝯcepit me mater mea. [E]cce eni veritatẽ dilexisti: incerta et occulta sapien-

tie tue manifestasti michi. sperges me dñe
ysopo et mũdabor: lauabis me ꝛ sup niuẽ deal-
babor. uditui meo dabis gaudiũ ꝛ leticiam
ꝛ exultabunt ossa hũiliata. uerte faciẽ tuã
a peccatis meis: et oẽs iniquitates meas dele.
or mundũ crea in me deus: ꝛ spm̃ rectũ in-
noua in visceribꝰ meis. e proiicias me a fa-
cie tua: ꝛ spiritũ sanctum tuũ ne auferas a me.
edde michi leticiam salutaris tui: ꝛ spũ pri-
cipali cõfirma me. ocebo iniquos vias tuas
et impii ad te cõuertent. ibera me de sãgui-
nibus deus deus salutis mee: et exultabit lin-
gua mea iusticiã tuã. ñe labia mea aperies
et os meũ annũciabit laudẽ tuam. m̃ si vo-
luisses sacrificiũ dedissem: vtiqꝫ olocaustis nõ
delectaberis. acrificiũ deo spũs contribula-
tus: cor cõtritũ et humiliatũ deus nõ despicies
enigne fac dñe in bona voluntate tua syon:
vt edificent muri hierusalem. unc accepta-
bis sacrificiũ iusticie oblatiões ꝛ olocausta: tũc
imponẽt sup altare tuũ vitulos. loria. ps.
Omine exaudi orationẽ meã: et clamor
meus ad te veniat. on auertas fa-
ciem tuam a me: in quacunqꝫ die tribulor incli-
na ad me aurem tuam. n quacunqꝫ die in-
uocauero te: velociter exaudi me. uia defe-
cerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut
cremium aruerunt. ercussus sum vt fenum
et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere
panem meum. voce gemitus mei: adhesit

os meū carni mee. Similis fact⁹ sum pellica
no solitudinis: fact⁹ sum sicut nicticorax in do-
micilio. Vigilaui et fact⁹ sū sicut passer: soli
tari⁹ in tecto. Tota die exprobrabāt michi ini
mici mei: ꝛ q̇ laudabāt me aduersū me iurabāt.
Quia cinerē tanq̄ panē manducabā: et potū
meū cū fletu miscebā. A facie ire indignatio-
nis tue: qꝛ eleuās allisisti me. Dies mei sicut
vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui.
Tu aūt dn̄e ineternū permanes: ꝛ memoria
le tuū in gn̄atione ꝛ gn̄ationē. Tu exurgens
dn̄e misereberis syō: qꝛ tēpus miserēdi eius qꝛ
venit tēpus. Qm̄ placuerūt seruis tuis lapi-
des eius: ꝛ terre ei⁹ miserebunt̄. Et timebunt
gētes nomen tuū dn̄e: et oēs reges terre gloriā
tuā. Quia edificauit dn̄s syō: ꝛ videbit̄ in glo
ria sua. Respexit in oratione humiliū: et non
spreuit precē eoꝝ. Scribant̄ hec in generatio-
ne altera: ꝛ populus qui creabit̄ laudabit dn̄m
Quia ꝓspexit de excelso sctō suo: dn̄s de celo
in terrā aspexit. Ut audiret gemit⁹ cōpedito-
rum: vt solueret filios interemptoꝝ. Ut an-
nūcient in syon nomen dn̄i: ꝛ laudē eius in hie-
rusalē. In cōueniendo populos in vnum: ꝛ re
ges vt seruiāt dn̄o. Respōdit ei in via vtutis
sue: paucitatē dierum meoꝝ nūcia michi. Ne
reuoces me in dimidio dierum meoꝝ: in gene-
ratione et generationē anni tui. Initio tu do
mine terrā fūdasti: ꝛ opera manuū tuaꝝ sūt ce
li. Ipsi peribūt tu autē permanes: ꝛ oēs sicut

vestimentū veterascent. Et sicut opertorium
mutabis eos et mutabunt: tu autē idem ipse es
et anni tui nō deficiēt. Filii seruorū tuorū ha-
bitabūt: et semen eorū in seculū dirigetur. Glo-
ria patri. Sicut erat in princi. ¶ Psalmus.
De profundis clamaui ad te domine: do-
mine exaudi vocem meā. Fiant aures
tue intēdentes: in vocē deprecationis mee. Si
iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustine
bit. Quia apud te propiciatio est: et propter le
gem tuā sustinui te dñe. Sustinuit aīa mea
in verbo ei9: sperauit anima mea in dño. A cu
stodia matutīa vsq3 ad noctem: speret israel in
dño. Quia apud dñm misericordia: et copiosa
apud eum redēptio. Et ipse redimet israel: ex
omibus iniquitatib9 eius. Gloria. Psalmus.
Domine exaudi orationē meam, aurib9
percipe obsecrationē meam: in veritate
tua exaudi me in tua iusticia. Et non intres
in iudiciū cum seruo tuo dñe: qr nō iustificabit
in cōspectu tuo oīs viuēs. Quia persecut9 est
inimicus animā meam: humiliauit in terra vi
tā meā. Collocauit me in obscuris sicut mor-
tuos seculi, et anxiat9 est super me spūs meus:
in me turbatū est cor meū. Memor fui dierum
antiquorū, meditatus sum in oībus operibus
tuis: et in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea si-
cut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me
domine: defecit spiritus meus. Non auertas



faciem tuam a me: et similis ero descendentibus
in lacum. uditam fac michi mane miam tu
am: quia in te speraui. otā fac michi viā in
qua ambulē: qz ad te leuaui aīam meam. ri
pe me de inimicis meis domine ad te confugi/
doce me facere voluntatē tuā: quia deus meus
es tu. piritus tuus bon9 deducet me in ter/
ram rectā: propter nomen tuū domine viuifica
bis me in equitate tua. duces de tribulatio
ne animā meā: et in misericordia tua disperdes
omnes inimicos meos. t perdes omnes qui
tribulant animā meā: quoniā ego seruus tuus
sum. loria patri et filio: et spiritui sctō. i
cut erat in principio et nunc et semper. &c. Aña.
Ne reminiscaris domine delicta nostra vel pa/
rentum nostrorum: neqz vindictam sumas de
peccatis nostris: parce domīe parce populo tuo
quem redemisti precioso sanguine tuo ne ineter
num irascaris nobis. Letania.
yrieleyson. hriste eleyson. yrieley
son. hriste audi nos. ater de celis
deus: miserere nobis. ili redemptor mundi
deus: miserere nobis. piritussancte deus.
miserere nobis. ancta trinitas vnus deus:
miserere nobis. ctā maria. Ora pro nobis.
ctā vgo vginū. or. ancte vriel. or.
ctā dei genitrix or. ēs sācti angeli et ar/
ancte michael. or. chāgeli dei. orate p no.
ancte gabriel or. mnes sancti beatorū
ancte raphael. or. spiūum ordines. or.

Sancte iohannes ba
ptista. or
Omnes scti patriar-
che et prophete. orate
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte iacobe or
Sancte iohãnes or
Sancte philippe or
Sancte iacobe. or
Scte bartholomee.
Sancte thoma. or
Sancte matthee or
Sancte iacobe or
Sancte symon or
Sancte thadee or
Sancte matthia or
Sancte barnaba or
Sancte luca or
Sancte marce. or
Omnes sãcti aposto
li ꝛ euãgeliste dei. orate
Omnes sãcti discipu
li domini. orate
Oẽs scti inocẽtes orate
Sancte stephane or
Sancte clemens. or
Sãcte sebastiane or
Sancte laurenti or

Sancte vincenti. or
Sancte thoma or
Sancte geruasi or
Sancte prothasi or
Sancte dionysi cũ so-
ciis tuis. or
Sãcte maurici cum so
ciis tuis or
Sancte eustachi cũ so
ciis tuis. or
Sancte georgi or
Sancte eutropi or
Sãcte quintine or
Omnes sancti marty
res. Orate ꝑ nobis
Sancte siluester or
Sancte gregori or
Sancte nichasi or
Sancte ambrosi or
Sancte augustine or
Sãcte hieronyme or
Sancte remigi or
Sancte marcelle or
Sancte nicolae or
Sancte eligi or
Sancte egidi or
Sancte iuliane or
Sancte benedicte or
Sancte maure or
Sancte leobine or.



ancte sulpici oꝛ
ancte leonarde oꝛ
ācte guillerme oꝛ
mnes sancti cōfes-
sores dei. oꝛ t
ancta anna oꝛ
ācta maria mag-
dalena. oꝛ
ancta agatha oꝛ
ancta agnes oꝛ
ancta lucia oꝛ

ancta cecilia oꝛ
ācta katherina oꝛ
ancta barbara oꝛ
ctā margareta oꝛ
ancta fides oꝛ
ancta spes oꝛ
ancta charitas oꝛ
mnes sancte virgi-
nes et vidue. oꝛ t
mnes sancti et san-
cte dei. Orate p nobis.

ropicius esto. Parce nobis dn̄e. ropici-
us esto. Exaudi nos dn̄e. b omni malo. Li-
bera nos domie. b insidijs dyaboli. Libera.
dānatione perpetua. Libe. spū fornica-
tionis. Libera. b appetitu inanis glie. Lib.
b ira ⁊ odio et omni mala voluntate. Libe.
cecitate cordis. Libe. fulgure et tempe
state. Libe. subitanea et improuisa morte.
Libe. er mysteriū sctē incarnatiōis tue. Li.
er aduentū tuū. Libe. er natiuitatē tu
am. Libe. er passionē crucē ⁊ mortē tuā. Li.
er gloriosā resurrectionē tuā. Libera. er
admirabilē ascensionē tuā. Li. er gratiā sā-
cti spūs paraclyti. Li. n hora mortis. Suc-
curre nobis dn̄e. n die iudicij. Libera nos do
mine. eccatores. Te rogamus audi nos.
t pacē nobis dones. Te rog. t mia ⁊ pie
tas tua nos custodiat. Te ro. t ecclesiā tuā
regere ⁊ defensare digneris. Te ro. t oibus.



Ilexi quoniam exaudiet
dominus: Vocem oratio=
nis mee. Quia inclina=

uit aurem suã michi: ⁊ in dieb⁹ meis inuocabo.
ircundederũt me dolores mortis: et pericu-
la inferni inuenerũt me. tribulationẽ ⁊ do-
lorẽ inueni: ⁊ nomẽ dñi inuocaui. dñe libe-
ra aīam meã misericors dñs ⁊ iustus: et de⁹ no-
ster miseret̃. ustodiẽs paruulos dñs: humi-
liatus sum et liberauit me. onuertere aīa
mea in requiẽ tuam: qꝛ dñs bñfecit tibi. uia
eripuit animã meã de morte oculos meos a la-
chrymis: pedes meos a lapsu. lacebo dño:
in regione viuoꝝ. equiẽ eternã dona eis do
mine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Aña. Placebo
dño in regione viuoꝝ. Aña. Heu me. Psalmus
D dñm cum tribularer clamaui: et ex-
audiuit me. ñe libera animã meã a
labijs iniquis: ⁊ a lingua dolosa. uid detur
tibi aut quid apponat̃ tibi: ad linguã dolosam:
agitte potentis acute: cum carbonib⁹ deso-
latorijs. eu michi qꝛ incolatus meus ꝓlon
gatus est / habitaui cũ habitãtibus cedar: mul
tum incola fuit anima mea. um his q̃ ode-
runt pacem eram pacificus: cum loquebar illis
impugnabant me gratis. equiem eternam.
Aña. Heu me quia incolatus meus prolonga-
tus est. Aña. Dñs custodit. Psalmus.
Euaui oculos meos in montes: vnde ve-
niet auxilium michi. uxilium me-
um a domino: qui fecit celum et terram. on
det in commotionem pedem tuum: neqꝫ dormi-
tet qui custodit te. cce non dormitabit neqꝫ

dormiet: qui custodit israel. Dñs custodit te/
dñs protectio tua: super manũ dexterã tuam.
Per diẽ sol non vret te: neqꝫ luna per noctem
Dñs custodit te ab omni malo: custodiat ani
mã tuam dñs. Dñs custodiat introitũ tuũ ꝛ
exitũ tuũ: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculũ. Re/
quiem. añ. Dñs custodit te ab omi malo: custo
diat aĩam tuã dñs. añ. Si iniquitates. ps.
De profundis clamaui ad te domine: dñe
exaudi vocem meã. Fiant aures tue
intendẽtes: in vocẽ deprecationis mee. Si ini/
quitates obseruaueris domĩe: domine quis su/
stinebit. Quia apud te propiciatio est: et ꝓpter
legem tuã sustinui te domine. Sustinuit ani/
ma mea in verbo eius: sperauit anima mea in
domino. A custodia matutina vsqꝫ ad noctem
speret israel in domino. Quia apud dñm mise
ricordia: ꝛ copiosa apud eum redẽptio. Et ipse
redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius
Requiem. Añ. Si iniquitates obseruaue/
ris dñe: dñe quis sustinebit. Añ. Opera. ps.
Confitebor tibi domine in toto corde meo
quoniã audisti verba oris mei. In con
spectu angelorũ psallam tibi: adorabo ad tem/
plum sanctum tuum/ et confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua et veritate tua: quo/
niam magnificasti super omne nomen sanctũ
tuum. In quacunqꝫ die inuocauero te exau/
di me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine omnes reges ter/

re: quia audierunt oia verba oris tui. Et can-
tent in viis dñi: quoniã magna est gloria dñi.
Quoniã excelsus dñs et humilia respicit: et alta
a longe cognoscit. Si ambulavero in medio tri-
bulationis vivificabis me: et super iram inimi-
corũ meorũ extendisti manũ tuam: et salvũ me
fecit dextera tua. Dñs retribuet p me dñe mi-
sericordia tua in seculũ: opera manuũ tuarum
ne despicias. Requiem eternã. Aña. Opera
manuũ tuarum dñe ne despicias. ℣. Audivi vo-
cem de celo dicentẽ michi. ℟. Beati mortui qui
in dño moriuntur. Aña. Omne. Psalmus.
Magnificat: anima mea dominum. Et
exultavit spiritus meus: in deo saluta-
ri meo. Quia respexit humilitatẽ ancille sue: ec-
ce enĩ ex hoc beatã me dicẽt oẽs gñatiões. Quia
fecit michi magna q potẽs est: et sctm̃ nomẽ eius.
Et mia eius a pgenie in pgenies: timẽtib9
eũ. Fecit potentiã in brachio suo: dispersit su-
perbos mẽte cordis sui. Deposuit potentes de
sede: et exaltavit humiles. Esurientes imple-
vit bonis: et divites dimisit inanes. Suscepit
israel puerũ suum: recordatus mie sue. Sicut
locutus est ad patres nros: abrahã et semini
eius in secula. Requiem eternam. Aña. Omne
quod dat michi pater ad me veniet: et eũ qui ve-
nit ad me nõ eijciã foras. Pater nr̃. Psalmus.
Lauda aĩa mea dñm: laudabo dñm in vi-
ta mea: psallam deo meo quadiu fuero.
Nolite confidere in principibus in filiis ho-

minum: in quibus non est salus. Exibit spiri
tus eius et revertetur in terram suam: in illa die
peribunt oẽs cogitationes eorum. Beatus cuius
deus iacob adiutor eius: spes eius in dño deo ip-
sius qui fecit celum et terrã: mare et oĩa que in
eis sunt. Qui custodit veritatẽ in seculũ facit
iudiciũ iniuriã patiẽtibus: dat escã esurientibus
Dñs solvit compeditos: dñs illuminat cecos
Dñs erigit elisos: dñs diligit iustos. Dñs
custodit advenas / pupillũ et viduã suscipiet: et
vias peccatorum disperdet. Regnabit dñs in se
cula deus tuus syon: in generatione et genera-
tionẽ. Requiẽ eternã. V. Requiescant in pace.
R. Amen. V. A porta inferi. R. Erue dñe aĩas
eorum. Domine exaudi orationem meam. Et
clamor meus ad te veniat. Oremus.
Deus qui inter aplicos sacerdotes famu
los tuos pontificali seu sacerdotali feci-
sti dignitate vigere: presta quesumus. Ut eorum
quoque perpetuo aggregentur consortio. Oratio.
Deus venie largitor et humane salutis
amator quesumus clementiã tuam: ut no
stre cogregationis fratres / sorores / propinquos
et oẽs benefactores nr̃os qui ex hoc seculo tran
sierũt: beata maria semper virgine itercedente
cum oĩbus sanctis tuis / ad perpetue beatitudi-
nis consortiũ pervenire concedas. Oratio.
Fidelium deus oĩm conditor et redẽptor
aĩabus famulorum famularũque tuarum /
remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut



indulgentiã quã semp optauerunt, piis suppli cationibus consequant. Qui viuis. Ad ma tutinas. Inuitatoriũ. Regem cui omia viuũt Venite adoremus. Psalmus.

Venite exultem⁹ dño, iubilem⁹ deo salu tari nřo: preocupem⁹ faciem eius in con fessione: ⁊ in psalmis iubilemus ei. Regem cui oia viuunt. Qm deus magn⁹ dñs, et rex ma gnus super oẽs deos: qm non repellet dñs ple bem suã. q2 in manu eius sunt oes fines terre: et altitudines montiũ ipse cõspicit. Venite ado remus. Qm ipsi⁹ est mare ⁊ ipse fecit illud: et aridã fundauerũt manus eius: venite adore mus et pcidamus ante deũ, ploremus coram dño qui fecit nos. q2 ipse est dñs de⁹ nr: nos au tem populus eius et oues pascue eius. Regem cui oia viuunt. Hodie si vocẽ eius audieritis nolite obdurare corda vr̃a: sicut in exacerbatio ne scdm diẽ tentationis in deserto vbi ientaue rũt me patres vr̃i, pbauerunt ⁊ viderũt opera mea. Venite adoremus. Quadraginta annis pximus fui gñationi huic, et dixi semper hi er rant corde: ipsi vero nõ cognouerũt vias meas qbus iuraui in ira mea: si introibũt in requiem meã. Regẽ cui oia viuũt. Requiẽ eterna dona eis dñe: ⁊ lux perpetua luceat eis. Venite ado remus. Regem cui oia viuunt venite adorem⁹.

In primo nocturno. añ. Dirige. Psalmus.

Verba mea auribus percipe domine: in tellige clamorem meum. Intẽde voci

orationis mee: rex meus et deus meus. Qm
ad te orabo dñe: mane exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi ⁊ videbo: quoniã non de⁹ vo
lẽs iniquitatẽ tu es. Neqꝫ habitabit iuxta te
malign⁹: neqꝫ permanebũt iniusti ante oculos
tuos. Odisti oẽs qui operant̃ iniquitatẽ: per
des oẽs qui loquunt̃ mendaciũ. Virũ sangui
num ⁊ dolosũ abhominabit̃ dñs: ego autem in
multitudine mĩe tue. Introibo in domũ tuã:
adorabo ad templũ sanctum tuũ in timore tuo.
Dñe deduc me in iusticia tua ꝓpter inimicos
meos: dirige in cõspectu tuo viã meã. Qm nõ
est in ore eoꝝ veritas: cor eoꝝ vanum est. Se
pulchrũ patẽs est guttur eorũ linguis suis do
lose agebãt: iudica illos de⁹. Decidãt a cogita
tionibus suis scdm multitudinẽ impietatũ eo
rũ expelle eos: qm irritauerũt te dñe. Et letẽ
tur oẽs qui sperãt in te ineternũ exultabunt: et
habitabis in eis. Et gloriabunt̃ in te oẽs qui
diligũt nomẽ tuũ: qm tu bñdices iusto. Dñe
vt scuto: bone volũtat̃ tue coronasti nos. Re
quiem. Aña. Dirige dñe deus meus in conspe
ctu tuo viam meã. Aña. Cõuertere. Psalmus.
Domine ne in furore tuo arguas me: ne
qꝫ in ira tua corripias me. Miserere mei
dñe qm infirmus sum sana me dñe: qm cõtur
bata sũt ossa mea. Et anima mea turbata est
valde: sed tu dñe vsqꝫquo. Conuertere dñe et
eripe aiam meam: saluũ me fac propter miam
tuam. Quoniã non est in morte qui memor sit

tui: in inferno autē quis cōfitebitur tibi. [L]a-
boraui in gemitu meo lauabo per singulas no-
ctes lectum meum: lachrymis meis stratū me-
um rigabo. [T]urbatus est a furore oculus me-
us: inueteraui inter oēs inimicos meos. [D]i-
scedite a me omnes qui operamini iniquitatē:
quoniā exaudiet dñs vocem fletus mei. [E]x-
audiuit dñs deprecationē meā: dñs orationem
meā suscepit. [E]rubescant et cōturbentur ve-
hementer oēs inimici mei: conuertantur ⁊ eru-
bescant valde velociter. [R]equiē eternam. āā.
Cōuertere dñe ⁊ eripe aiam meam: qm̄ non est
in morte qui memor sit tui. āā. Nequando. ps.
[D]Omine deus meus in te speraui saluū
me fac: ex omibus psequentibus me ⁊ li
bera me. [N]equando rapiat vt leo animā meā
dum non est qui redimat neqꝫ qui saluū faciat.
[D]ñe deus meꝰ si feci istud: si est iniquitas in
manibus meis. [S]i reddidi retribuētibus mi
chi mala decidā merito ab inimicis meis ianis
[P]ersequat̄ inimicus aiam meā et compreh̄ē-
dat ⁊ conculcet in terra vitā meā: et gloriā meā
in puluerē deducat. [E]xurge dñe in ira tua: et
exaltare in finibus inimicorum meorum. [E]t
exurge dñe deꝰ meus in precepto quod manda-
sti: ⁊ synagoga populorum circundabit te. [E]t
propter hanc in altum regredere: dominus iu-
dicat populos. [I]udica me domine secundum
iusticiā meā: ⁊ secundū innocentiā meā sup me
[C]onsumetur nequitia peccatorum ⁊ diriges

iustū: scrutās corda ꝛ renes deus. Iustū adiutoriū meū a dño: q̄ saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis ꝛ patiens: nūquid irascit̄ per singulos dies. Nisi conuersi fueritis gladiū suū vibrauit: arcū suū tetendit ꝛ parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardētibus effecit. Ecce parturit iniusticiā concepit dolorē: et peperit iniquitatē. Lacum aperuit ꝛ effodit eum: ꝛ incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: ꝛ in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor dño secundum iusticiam eius: et psallam nomini dñi altissimi. Requiem eternā Añā. Nequādo rapiat vt leo animam meā dum nō est qui redimat neq̄ꝫ qui saluum faciat. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos a malo. Lectio prima.

Parce michi domine: nichil enim sunt dies mei. Quid est hō q꞉ magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo: et subito probas illum. Vsq̄ꝫ quo non parcis michi: nec dimittis me vt glutiam saliuam meam. Peccaui. Quid faciā tibi o custos hominū? Quare posuisti me contrariū tibi et factus sum michimetipsi grauis? Cur non tollis peccatū meū: et quare non aufers iniquitatē meā. Ecce nūc in puluere dormio: et si mane me q̄sieris nō subsistā. ℟. Credo q̄ redēptor me⁹ viuit et in nouissimo die de terra surrectu-



tus sum. Et in carne mea videbo deū saluatorē meū. ℣. Quē visurus sū ego ipse et non alius: & oculi mei cōspecturi sūt. Et in carne. Lectio.ij.

Edet animā meam vite mee: dimittam aduersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine aīe mee: dicam deo noli me condēnare. Indica michi: cur me ita iudices? Nunquid bonū tibi videt̄ si calūnieris: et opprimas me opus manuū tuarū: & consiliū impiorū adiuues? Nunq̄d oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo et tu videbis? Nunq̄d sicut dies hoīs dies tui: et anni tui sicut humana sunt tēpora? Ut queras iniquitatē meā: & peccatū meū scruteris. Et scias quia nichil impiū fecerim: cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. ℟. Qui lazarum resuscitasti a monumēto fetidum. Tu eis dn̄e dona requiem & locum indulgentie. ℣. Qui venturus es iudicare viuos & mortuos: & seculum per ignem. Tu eis dn̄e. Lectio.iij.

Anus tue dn̄e fecerunt me: et plasmauerunt me totū in circuitu: et sic repēte precipitas me. Memēto queso q̄ sicut lutū feceris me: & in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseū me coagulasti. Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et neruis cōpegisti me. Vitam et misericordiā tribuisti michi: et visitatio tua custodiuit spiritum meum. ℟. Domine quādo veneris iudicare terrā vbi me abscōdam a vultu ire tue. Quia peccaui nimis in vita mea. ℣. Cōmissa mea pauesco et ante te

erubesco: dū veneris iudicare noli me condēna
re. Quia pecca. In .ij. noc. āy. In loco. ps.

Dominus regit me et nichil michi deerit:
in loco pascue ibi me collocauit. uper
aquā refectionis educauit me: animā meā con
uertit. eduxit me super semitas iusticie: ꝑ
pter nomē suū. am et si ambulauero in me
dio vmbre mortis non timebo mala: quoniā tu
mecū es. irga tua ⁊ baculus tuus: ipsa me
consolata sunt. arasti in cōspectu meo men
sam: aduersus eos qui tribulant me. mpin
guasti in oleo caput meū: et calix meus inebri
ans ꝙ preclarus est. t mīa tua subsequetur
me: oībus diebus vite mee. t vt inhabitem
in domo dñi: in lōgitudinē dierum. equiem
eternam dona eis dñe. Aña. In loco pascue ibi
me collocauit. Aña. Delicta. Psalmus.

D te dñe leuaui animā meā: deus meꝰ
in te confido non erubescā. eqꝫ irride
ant me inimici mei: etenī vniuersi qui sustinēt
te non confundent̄. onfundant̄ oēs iniqua
agentes: superuacue. ias tuas dñe demon
stra michi: et semitas tuas edoce me. irige
me in veritate tua et doce me/ quia tu es deus
saluator meus: ⁊ te sustinui tota die. emini
scere miserationū tuarū dñe: et misericordiarū
tuaꝝ que a seculo sūt. elicta iuuētutis mee
et ignorātias meas ne memineris. ecundū
miam tuā memēto mei tu: propter bonitatem
tuā dñe. ulcis ⁊ rectus dñs: ꝑpter hoc lege

dabit delinquētibus in via. Diriget mansue-
tos in iudicio: docebit mites vias suas. Uni-
uerse vie dñi mia ⁊ veritas: requirētibus testa
mentū ei⁹ ⁊ testimonia eius. Propter nomen
tuū dñe ꝓpiciaberis pctō meo: multū est enim.
Quis est homo qui timet dñm: legē statuit ei
in via quā elegit. Anima ei⁹ in bonis demo-
rabit̄: ⁊ semen eius hereditabit terrā. Firma
mentū est dñs timētibus eū: et testamentū ip-
sius vt manifestet̄ illis. Oculi mei semper ad
dñm: quoniā ipse euellet de laqueo pedes meos
Respice in me et miserere mei: q2 vnic⁹ ⁊ pau-
per sū ego. Tribulationes cordis mei multi-
plicate sunt: de necessitatibus meis erue me.
Vide humilitatē meā ⁊ laborē meū: et dimit-
te vniuersa delicta mea. Respice inimicos me-
os quoniā multiplicati sunt: ⁊ odio iniquo ode-
runt me. Custodi aīam meā ⁊ erue me: nō eru
bescā quoniā speraui in te. Innocentes et re-
cti adheserūt michi: q2 sustinui te. Libera de⁹
israel: ex oībus tribulatiōibus suis. Requiē.
Aña. Delicta iuuentutis mee et ignorantias
meas ne memineris. añ. Credo. Psalmus.
Dominus illuminatio mea: ⁊ salus mea
quē timebo. Dñs protector vite mee: a
quo trepidabo. Dum appropiāt super me no-
centes: vt edant carnes meas. Qui tribulant
me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderūt.
Si cōsistāt aduersū me castra: nō timebit cor
meū. Si exurgat aduersum me preliū: in hoc

ego sperabo. Unam petij a dño hanc requirã: ut inhabitẽ in domo dñi oĩbus diebus vite mee. Et videã voluñtatẽ dñi: et visitẽ templũ eius. Quoniã abscondit me in tabernaculo suo: in die malor. ptexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me: et nunc exaltauit caput meũ sup inimicos meos. Circuiui et imolaui in tabernaculo eius hostiã vociferationis cantabo: et psalmũ dicã dño. Exaudi dñe vocem meã qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea: faciem tuã dñe requirã. Ne auertas faciem tuã a me: ne declines in ira a seruo tuo. Adiutor meus esto dñe ne derelinquas me: neqз despicias me deus salutaris meus. Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me: dñs autẽ assumpsit me. Legẽ pone michi dñe in via tua: et dirige me in semita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in anĩas tribulantium me: qm insurrexerunt in me testes iniqui: et mẽtita est iniquitas sibi. Credo videre bona dñi: in terra viuẽtiũ. Expecta dñm viriliter age: et confortet cor tuũ et sustine dñm. Requiẽ eternã dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. Aña. Credo videre bona dñi in terra viuentiũ. ℣. Colloceт eos dñs cum principibus. ℟. Cum principibus populi sui. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Lectio .iiij.

Responde michi. Quantas habeo iniquitates et peccata: scelera mea atqз delicta



ostende michi. Cur faciē tuā abscondis: ꝛ arbi-
traris me inimicū tuū: Cōtra foliū quod ven-
to rapitur ostēdis potentiā tuā: et stipulā siccā
persequeris. Scribis eni contra me amaritudi
nes: ꝛ consumere me vis peccatis adolescentie
mee. Posuisti in nervo pedē meū: et observasti
oēs semitas meas: et vestigia pedū meoꝝ con-
siderasti. Qui quasi putredo cōsumēdus sum: ꝛ
quasi vestimentū quod comedit a tinea. ℟. Me
mento mei deus: quia vētus est vita mea. Nec
aspiciat me visus hoīs. ℣. De profundis cla-
maui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocē meā. Nec aspi
ciat me visus hominis. Lectio. v.

Homo natꝰ de muliere / breui viuens tē-
pore: replet multis miserijs. Qui quasi
flos egredit ꝛ cōteritur, et fugit velut vmbra:
et nunq̄ in eodē statu permanet. Et dignū du-
cis sup huiuscemodi aperire oculos tuos: et ad
ducere eum tecū in iudiciū: Quis potest facere
mundū de inmūdo conceptū semine: Nōne tu
qui solus es: Breues dies hominis sūt: nume
rus mensium eius apud te est. Constituisti ter
minos eius qui preteriri non poterunt. Recede
ergo paulisulū ab eo vt quiescat donec optata, ve
niat: ꝛ sicut mercennarij dies eius. ℟. Heu mi-
chi dn̄e quia peccaui nimis in vita mea: quid fa
ciam miser vbi fugiā nisi ad te deꝰ meus mise-
rere mei. Dum veneris i nouissimo die. ℣. Ani
ma mea turbata est valde: sed tu domine suc-
curre ei. Dum veneris. Lectio. vi.

Vis michi hoc tribuat vt in inferno pte-
gas me ⁊ abscõdas me donec pertranseat
furor tu⁹: et cõstituas michi tẽpus in quo recor-
deris mei: Putas ne mortuus hõ rursũ viuat:
Cunctis dieb⁹ quib⁹ nunc milito, expecto donec
veniat immutatio mea. Vocabis me: et ego rñde
bo tibi. Operi manuũ tuarũ porriges dexterã.
Tu quidẽ gressus meos dinumerasti: sed par-
ce pctis meis. ℟. Ne recorderis pctã mea dñe.
Dũ veneris iudicare seculũ per ignẽ. ℣. Diri-
ge dñe de⁹ meus in cõspectu tuo viã meã. Dum
veneris. In .iii. noc. añ. Complaceat. ps.
Xpectãs expectaui dñm: ⁊ intẽdit michi.
t exaudiuit pces meas: et eduxit me
de lacu miserie et de luto fecis. t statuit su-
pra petrã pedes meos: et direxit gressus meos.
t immisit in os meũ canticum nouum: carmẽ
deo nr̃o. edebũt multi ⁊ timebũt: ⁊ sperabũt
in dño. atus vir cuius est nomen dñi spes
eius: ⁊ nõ respexit in vanitates ⁊ insanias fal
sas. ulta fecisti tu dñe de⁹ mirabilia tua: ⁊
cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.
nnũciaui ⁊ locutus sum: multiplicati sunt
super numerũ. acrificiũ et oblationẽ nolui
sti: aures aũt perfecisti michi. olocaustum ⁊
pro pctõ nõ postulasti: tũc dixi ecce venio. n
capite libri scriptũ est de me vt facerẽ volunta-
tem tuã deus meus volui: et legẽ tuã in medio
cordis mei. nnũciaui iusticiã tuã in ecclesia
magna: ecce labia mea nõ phibebo dñe tu scisti

Iusticiā tuam nō abscōdi in corde meo: veri-
tatem tuā ⁊ salutare tuū dixi. Non abscondi
miam tuam ⁊ veritatē tuam: a consilio multo.
Tu autem dn̄e ne longe facias miserationes
tuas a me: mia tua et veritas tua semper susce
perūt me. Quoniā circūdederūt me mala quo
rum nō est numerus, cōprehenderūt me iniqui
tates mee: et non potui ut viderē. Multiplica
te sunt super capillos capitis mei: et cor meum
dereliquit me. Complaceat tibi dn̄e ut eruas
me: dn̄e ad adiuuandū me respice. Cōfundā-
tur ⁊ reuereant̄ simul: qui querūt aiam meam
ut auferāt eā. Conuertātur retrorsū et reue-
reātur qui volunt michi mala. Ferant confe
stim confusionē suā: qui dicūt michi euge euge.
Exultēt et letētur super te oēs querentes te:
et dicāt semper magnificetur dn̄s qui diligunt
salutare tuū. Ego aūt mēdicus sum ⁊ paup:
dn̄s sollicitus est mei. Adiutor meus ⁊ prote-
ctor meus tu es: deus me⁹ ne tardaueris. Re-
quiem. Aña. Cōplaceat tibi dn̄e ut eruas me:
dn̄e ad adiuuādū me respice. Añ. Sana dn̄e. ps.
Beatus qui intelligit super egenū et pau
perē: in die mala liberabit eū dn̄s. Do-
minus cōseruet eū ⁊ viuificet eū ⁊ beatū faciat
eū in terra: et nō tradat eū in animā inimicorū
eius. Dn̄s opē ferat illi super lectum doloris
ei⁹: Uniuersū stratū eius versasti in infirmita-
te ei⁹. Ego dixi dn̄e miserere mei: sana aiam
mā q: peccaui tibi. Inimici mei dixerūt ma-

sa michi: qñ morieẗ et peribit nomē eius. Et si ingrediebaẗ vt videret vana loquebaẗ: cor eius cōgregabit iniquitatē sibi. Egrediebaẗ foras et loquebaẗ in idipsū. Aduersum me susurrabant oēs inimici mei: aduersum me cogitabant mala michi. Verbū iniquū cōstituerūt aduersum me: nunqd qui dormit nō adiiciet vt resurgat? Etenī homo pacis mee in quo speraui: q edebat panes meos magnificauit sup me supplantationē. Tu autē dñe miserere mei et resuscita me: ꝛ retribuā eis. In hoc cognoui qm voluisti me: qm non gaudebit inimicus meus super me. Me autē propter innocentiā suscepisti: ꝛ cōfirmasti me in conspectu tuo in eternum Bñdictus dñs deus israel: a seculo ꝛ in seculum fiat fiat. Requiē. Aña. Sana dñe aïam meā q2 peccaui tibi. Añ. Sitiuit. Psalmus.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciem dei. Fuerunt michi lachrime mee panes die ac nocte: dum dicitur michi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordatus sum et effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsqz ad domum dei. In voce exultationis et confessionis: sonus epulantis. Quare tristis es anima mea et quare conturbas me. Spera in deo quoniā adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et



deus meus. D meipsum aia mea coturbata est: ppterea memor ero tui de terra iordanis et hermonij / a mōte modico. Abyssus abyssum inuocat: in voce catharactarū tuarū. Omnia excessa tua et fluctus tui: super me transierunt. In die mādauit dñs miam suā: & nocte canticum ei⁹. Apud me oratio deo vite mee: dicam deo susceptor me⁹ es. Quare oblitus es mei & quare cōtristat⁹ incedo: dū affligit me inimic⁹. Dum confringunt ossa mea exprobrauerunt michi: qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt michi per singulos dies: vbi est deus tu⁹. Quare tristis es aīa mea: et quare cōturbas me. Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi: & salutare vultus mei & de⁹ meus. Requiē. Aña. Sitiuit aīa mea ad deū viuū qn̄ veniā & apparebo ante faciē dñi. ℣. Ne tradas bestijs aīas cōfitētes tibi. ℟. Et aīas pauper tuor ne obliuiscaris in finē. Pater nr̄. Et ne. Sed li. Lec. vij.

Spiritus meus attenuabitur / dies mei breuiabūtur: et solum michi superest sepulchrū. Non peccaui: et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me dñe & pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt / cogitationes mee dissipate sunt: torquentes cor meū. Noctē verterunt in diē: & rursum post tenebras spero lucē. Si sustinuero infern⁹ domus mea est: et in tenebris straui lectulū meū. Putredini dixi. Pater me⁹ es / mater mea: & soror mea vermib⁹. Vbi est er-

go nūc prestolatio mea ꝛ patiētia mea: tu es domine deꝰ meus. ℟. Peccantē me quotidie et nō me penitentē timor mortis coturbat me. Quia in īferno nulla est redēptio, miserere mei deus et salua me. ℣. Deus in noīe tuo saluū me fac: et in virtute tua libera me. Qui in. Lectio. viii.

Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meū: et derelicta sunt tantūmodo labia circa dentes meos. Miseremini mei miseremini mei saltē vos amici mei: qꝛ manus dn̄i tetigit me. Quare persequimini me sicut deus: et carnibus meis saturamini? Quis michi tribuat vt scribātur sermones mei? Quis michi det vt exarent̄ in libro stilo ferreo aut plūbi lamina vel celte sculpant̄ in silice? Scio enim qꝫ redemptor meꝰ viuit, et in nouissimo die de terra surrecturus sū: ꝛ rursū circūdabor pelle mea: et in carne mea videbo deū saluatorē meū. Quē visurus sū ego ipse et oculi mei cōspecturi sunt: et nō aliꝰ. Reposita est hec spes mea, in sinu meo. ℟. Dn̄e scd̄m actū meū noli me iudicare nichil dignū in conspectu tuo egi: ideo deprecor maiestatē tuā. Vt tu deꝰ deleas iniquitatē meā. ℣. Amplius laua me dn̄e ab iniusticia mea: ꝛ a delicto meo mūda me. Vt tu deus. Lectio. ix.

Quare de vulua eduxisti me, qui vtinam cōsumptus essem: ne oculus me videret. Fuissem quasi nō essem: de vtero trāslatus ad tumulū. Nunqͥd nō paucitas dierum meorū, finiet̄ breui? Dimitte ergo me dn̄e vt plangam



paululũ dolorẽ meũ/ anteq̃ vadã et non reuer-
tar ad terrã tenebrosam: et opertã mortis cali-
gine. Terram miserie et tenebrarũ vbi vmbra
mortis ⁊ nullus ordo: sed sempitern⁹ horror in-
habitat. ℞. Libera me dñe de vijs inferni qui
portas ereas cõfregisti ⁊ visitasti infernũ: ⁊ de
disti eis lumẽ vt viderẽt te. Qui erant in penis
tenebrarũ. ℣. Clamãtes et dicẽtes aduenisti re
dẽptor noster. Qui erant. ℣⁹. Requiẽ eternã do
na eis dñe: ⁊ lux perpetua luceat eis. Qui erãt.
Et dr̃ semp in festo. iij. lect. ⁊ feriali officio.
Sequẽs ℞. nõ dr̃ nisi in scdo die post festũ oim
sctõꝝ/ et in obitu fratrũ et sororꝝ. ℞. Libera me
dñe de morte eterna in die illa tremẽda. Quan
do celi mouẽdi sunt ⁊ terra. Dum veneris iudi
care seculũ per ignẽ. ℣. Tremẽs fact⁹ sum ego
et timeo: dũ discussio venerit atq; ventura ira.
Qñ celi mouẽdi sunt et terra. ℣. Dies illa dies
ire calamitatis ⁊ miserie: dies magna et ama-
ra valde. Dũ veneris. ℣⁹. Requiẽ eternã dona
eis dñe: et lux perpetua luceat eis. ℞. Libera.
In laudibus ãn. Exultabunt. Psalmus.
Miserere mei deus: scdm magnam mise-
ricordiã tuam. Et secundũ multitudi-
nem miserationũ tuarũ: dele iniquitatẽ meam
Amplius laua me ab iniq̃tate mea: et a pec-
cato meo mũda me. Quoniã iniquitatẽ meã
ego cognosco: et peccatum meum contra me est
semper. Tibi soli peccaui et malum coram te
feci: vt iustificeris in sermonibus tuis: et vin

cas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitati-
bus conceptus sum: et in peccatis concepit me
mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: in
certa et occulta sapientie tue manifestasti mi-
chi. Asperges me domine ysopo ⁊ mundabor
sanabis me ⁊ super niuem dealbabor. Audi-
tui meo dabis gaudium et leticiam: et exulta-
bunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a
peccatis meis: et omnes iniquitates meas de-
le. Cor mundum crea in me deus: et spiritum
rectum innoua in visceribus meis. Ne proij-
cias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum
ne auferas a me. Redde michi leticiam salu-
taris tui: ⁊ spiritu principali cōfirma me. Do-
cebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuer-
tentur. Libera me de sanguinib⁹ deus deus
salutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iusticiam
tuam. Domine labia mea aperies: et os meū
annunciabit laudem tuam. Quoniam si vo-
luisses sacrificiū dedissem: vtiqꝫ olocaustis nō
delectaberis. Sacrificium deo spiritus cōtri-
bulatus: cor contritum ⁊ humiliatū deus non
despicies. Benigne fac dn̄e in bona volunta-
te tua syon: vt edificentur muri hierusalem.
Tunc acceptabis sacrificiū iusticie oblatiōes
et olocausta: tunc imponent super altare tuum
vitulos. Requiem. an̄. Exultabunt dn̄o ossa
humiliata. an̄. Exaudi. Psalmus.
Te decet hymnus de⁹ in syō: et tibi redde-
tur votum in hierusalem. Exaudi de⁹



orationē meam: ad te oīs caro veniet. Verba
iniquoꝝ preualuerūt super nos: et impietatibꝰ
nostris tu propiciaberis. Beatus quē elegisti
et assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis. Re
plebimur in bonis domus tue: sanctum est tē-
plum tuū mirabile in equitate. Exaudi nos
deus salutaris noster: spes oīm finiū terre et in
mari longe. Preparās montes in virtute tua
accinctus potentia qui cōturbas profundū ma
ris: sonū fluctuū eius. Turbabunt gentes ⁊
timebunt qui habitant terminos a signis tuis
exitus matutini et vespere delectabis. Visi-
tasti terrā ⁊ inebriasti eā: multiplicasti locuple-
tare eā. Flumē dei repletū est aquis parasti ci
bum illoꝝ: quoniā ita est preparatio eius. Ri
uos eius inebriās multiplica genimina eiꝰ: in
stillicidijs eius letabit germinās. Benedices
corone anni benignitatis tue: et cāpi tui reple-
bunt vbertate. Pinguescēt speciosa deserti: et
exultatiōe colles accingent. Induti sūt arie
tes ouiū ⁊ valles abundabūt frumēto: clama
bunt etenī hymnū dicēt. Requiem. Aña. Ex-
audi deus orationē meam: ad te omnis caro ve-
niet. Aña. Me suscepit. Psalmus.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Si
tiuit in te aīa mea: q̄ multipliciter tibi ca
ro mea. In terra deserta inuia ⁊ inaquosa sic
in scō apparui tibi: vt viderem virtutē tuam ⁊
gloriā tuā. Quoniā melior est mīa tua super
vitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicā

Les presentes heures a lusaige de Rōme: ont este ĩprimees a paris par Gillet hardouyn demourant au bout du pōt nostre dame: deuāt sainct Denis de la chartre/a lẽseigne de la Rose dor. Et on les vent au dit lieu.



A cy ordre et bonne corection
Verres cy ceste unpression.

Tout peut se mieulx.

